



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaë, 1661

De Ivramento Calvmniæ. Titvlvs VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

stata sunt merito ad utrendi, & nihilominus (si de causa liquet) ad definitivam sententiam procedendum. Si vero aliter absens fuerit, & agatur de spirituali conjugio inter ecclesiam & praelatum jam contracto, electione maxime confirmata, illud in hoc articulo volumus observari, quod super expectatione talium personarum in sacris est canonibus definitum. Quod si forsitan agatur de spirituali conjugio contrahendo: is qui est in praelatum electus, per ipsorum sex mensium expectetur, nisi (pensatis negotiorum circumstantiis) per superioris providentiam magis vel minus fuerit expectandus.

Si autem de carnali conjugio sit agendum, tandiu alteruter conjugum expectetur, donec de ipsius a obita verisimiliter praesumatur: quia cum sine culpa sit absens, ut si captivitate, vel aegritudine, aut alio iusto impedimento forsitan teneatur, aut etiam propria, sed non malitiosa voluntate in remotis partibus moram facit, ut de facili vel in brevi citari non possit: ei quidem praesudicari non debet, cum habeat forsitan exceptiones legitimas ad intentionem contrariam elidendam: eo nequaquam obstant, quod de lapsu carnis possit opponi: quoniam in conjugio casus multi occurrunt, in quibus conjuges sine culpa, sed non sine causa contumaciter coguntur.

Ad perpetuam rei memoriam, vel cum agitur per vitam inquisitionis possessio regis sine litis contestatione recipi, & etiam publicari, h. d. sig. ad 4. In alius vero.

Sunt & alii casus similiter & speciales, in quibus absque litis contestatione legitime possunt testes produci, ut quando excessum inquitio, vel testium publicatio imminet facienda.

Si resu lite non contestata est contumax, & agitur reali, mittitur actor in possessionem rei petite causa custodia: quam tamen recuperat reus veniens intra annum, si offerat cautionem de stando iuri, & restituat expensas: post annum vero liti non servatis, non auditur, nisi super proprietate. Sed si convenitur reali, quoniam auctore non possidet, nominatim Dominum in iudicio, & statueret ei terminum, intra quem faciet Dominum comparere: qui si intra terminum non venerit, iudex illum citabit, quo adhuc non veniente, iudex mittit alterem in possessionem veram. Si vero reus contumax convenitur actione personalis, mittitur actor in possessionem bonorum ipsius rei, pro modo debiti declarati: & prima mobilium, secundo immobilium, si mobilia non existant: vel excommunicatur reus, h. d. sig. ad finem.

In aliis vero casibus prudenter est attendendum, utrum contumax reali actione, an personali conveniatur. Si reali, mittendus est actor in rei petite possessionem, ut ratio adfectus reus veniat responsurus. Qui si venerit intra annum (iudicio sibi praestita cautione, & ac exhibita satisfactio congrua expensarum) possessionem recuperet. Quod si cautionem offerre neglexerit intra annum: actor post annum verus constituatur possessor: super proprietate duntaxat adverſe parti defensione legitima reservata. Quod si super rebus immobilibus quilibet conveniatur, qui eas possidet nomine alieno, debet statim in iudicio Dominum nominare, certo dierum spacio a iudice & statuendo, eoque ad eius notitiam perducendo, ut vel ipse veniens, vel idoneum dirigens responſalem, actoris intentionem excipiat. Si vero posttempus indultum, quod dispositum est, noluerit adimplere: tanquam lite, quae ingreditur ex eo die, quo possessor ad iudicium vocatus est,

a Quot modi: prohibetur aliquis mortuus docet Odsfr. in lib. fin. C. de facto. eccles. Cyn. in l. si quidem C. fil. matr. Marano in leg. is post. ubi ponit 23. modos. b De modo probandi iustam absentiam vid. in l. penult. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. c In antiquis, casus speciales in quibus similiter, &c. d Vid. l. cum clericis. C. de Episc. & cleric. e al. finendo.

ad interrumpendam praescriptionem iureiuramentum contestata, Dominum possessionis iudex citari & testibus legitimis evocabit: & tunc ipso in eadem libertate manente, negotium summum ex officio possessionem ipsarum rerum ad eum mittent non dabit: omni allegatione absente super principio reservatione reservata. Si autem super personali actione conveniatur, vel mittendus est actor in possessionem mobilium ipsius, vel immobilium, si forte mobilium habeat, pro modo debiti declarati: vel in contumacem est ecclesiastica sententia profertenda: in taliter, quod alterutra pars, quae magis timere debet, iudex a principio sit contentus: ad alteram mittendus processurus, si hoc meruerit proterviam committens: qui veniens intra annum, vel post annum non audietur iuxta distinctionem in alio casu superius notatam.

DE IVRAMENTO CALUMNIAE.

mniz.

TITVLVS VII. CAP. I.

Clericus in causa ecclesiae sua iuramentum calumniae praestare non debet: & per se iurare non cogitur, nec debet sine iuramento sententia.

Honorius secundus.

Inhaerentes vestigiis praedecessorum notorum & centum graviores quaestiones per summum honorem terminari: [i & infra.] Legibus ita peremptorius esse cautum, ut nullus clericus praescripsumat. Alibi vero reperitur scriptum, ut contra non tales personae in primo liti exordio libere permissum calumniae, propter quod pleniusque veniant in iudicium clericus iurandum praestare debent, praeter officium delegare: qui illud constitutionem ecclesiae ubi clerici iurare prohibentur a [c.] Augustino Constantino politanis clericis promulgatum fuisse videtur idcirco ad alios non creditur pertinere. Veritas ista auferatur, secundum etiam descriptioem ipsius d. H. quondam Imperatoris, quae iam iure habet & infra. Eius itaque interpretationem concordemus & divi [Marci] constitutionem ita interpretari debere decernimus, ut ad omnium ecclesiarum clerico generaliter pertinere iudicetur. Nam cum iuramentum constitutionis decreverit, ut canones Patrum, vim legum habere oporteat, & in nonnullis Patrum canonibus reservatur, ut clerici omnino iurare non audeant, quod est, ut totus clericalis ordo a iuramento calumniae stando sit immunis. Praeterea futurum Principis iuramentum talis esse dignoscitur. Notitiam (divina & humana legis intentione servata) decernimus & impeditur

a Distio, tribus, deest in vob. v. ex Regum p. de compulsiore. b In impresso Honor. 2. sed ex editione veterem lectionem restitutum. c Honorium factum imperatorem ut etiam observat Cont. eam ex ordine Capis. Augustinus in Henricus Imperatoris mentione in hoc capite habet: vultus Eugenius & fidei circa annum Christi 1158. Imperatoris Henricus hoc decretum post comit. Lateran. sed. Henricus 2. capite. & cap. 2. eod. titul. in i. compulsiore. d. deum Henricus 2. in vob. Martiano. ut & infra paulo post. et in nonnullis capitulis Gregorius codicibus quales habet, sic scriptum erat: Imperatoris Marcianus. Ilii autem scripturae: Marcianus & Honorius habetur in vob. lib. ubi additur eam Henricus 2. in vob. esse. Ryland. April.



hæretice irrefragabiliter definitum, ut non Episcopus, non Presbyter, non quicumque ordinis clericus, non Abbas, non aliquis monachus, vel sanctimonialis, in causa, quæcumque, live controversia, seu criminali, seu civili, interrogandum compellatur, quilibet ratione sua nove- rit, in ratione defensionibus, si expedire ecclesie suæ nove- rit, huiusmodi officium licet delegare. Verum cum hanc moderationem, ut Episcopus in consilio Rom. Ponti- ficis, ad quoscunque clericus in consilio prelati suo minime pretere addeat. Omnibus autem Episcopis, & universo clero, in consilio debere mandamus, ut si quis in illam consuetudinem, veniam sibi deinceps noverit denegari.

Ad hoc nos fratrum diligenter consilio inquisito, divisim- diu, & singulis inter se diligenter Deo optinante decidimus. Quo- rum.

CAP. II.

In spiritualibus causis, de calumnia non iuratur. Idem ordinatus ecclesie. Subd. & magistro Omni bono.

Interas a: [1 & infra.] Sanè Rom. eccl. in his casibus, in quibus de ecclesiis, decimis, & rebus spiritua- libus agitur, iuramentum calumnie nec dare, nec recipere consuevit: eo quod tales cause non exle- guntur ad probationem, sed ex canonum æquitate finem debi- tum faciunt: canones autem iuramentum calumnie in spiritualibus causis nulli prorsus inducunt. Vnde con- sideratione de iuramento calumnie præstando omittit, ad alterius discretio vestra procedat.

[1 Decretalis tua benigne recepimus, in quibus utrum in ea causis que nos ven. fr. G. Bonon. Episcopum, & dil. fil. A. Pa- damum, Abbatem, sub vestri examine agitur iuramentum calu- mnie præstare vel recipere conveniat requisivimus.]

CAP. III.

Principis persona non indistincte relevatur ab onere jurandi de calumnia: licet comparet per Oeconomum: sed sibi vel Oeconomo illi defensionem præstata qualitate causa & personarum, h. d. Eugenius Papa.

Præstandum est iuramentum calumnie non solum in causis, sed etiam in causis, quod & principali- ter personarum qualitate inspecta, quandoque per ipsas principales personas, quandoque per Oeconomum, qui casum omnino non nesciant, in animam jurantis illud præcipimus præstari.

CAP. IV.

Interrogatus jurare de calumnia, nisi relevet se constituens de Oeconomo. Idem Magalim. & R. Neumanen Epi- scopi.

Interrogatus e: [1 & 7.] Accepimus autem, quod ab Abbate & fratribus de Clarevallis (sicut ab aliis) recipitur calumnie iuramentum. Ad quod faciendum esse cogere non debemus. Sed (ne aliena jura videantur violari) occasione illicitè detinere, & ipsi à causa sua recedant, si ex parte ipsorum prædictam iuramentum, cum non postulare, non fuerit præstitum) eisdem præ- cipimus, ut in suo monasterio Oeconomum statuunt: qui pro eis petere & excipere, atque iuramentum de ca- lumnia (cum necesse fuerit) valeat exhibere: [2 & 7.] Tu vero frater Neumanen, Episcopo Oeconomum i- terrogatus, qui in tali officio conveniens ipsi mo- nasterio videatur.

[1. Ut scilicet leges & statuta Patrum infirmis eccle- siæ, vel rebus inemptis Dei, servatio prævalent, & de- fensionem, & nullatenus molestiam vel periculum qua sacro or- dine conservat, irrogari permittunt.]

a Cap. i. c. i. in i. comp. & post conc. Lat. sub Alex. 3. c. 17. b. Post conc. Lat. sub Alex. 3. p. 23. c. 3. & c. 4. c. d. tit. in i. comp. c. 1. c. 1. in i. comp. & post conc. Lat. sub Alex. 3. p. 23. c. 4. d. Titulus ubi, vet.

[2 Idem per a. f. s. v. m. q. estitem fratres qui in ista causa sunt, sicut vultis exigere, plenus instrumentum, ut de cetero sua iura per hoc non possint amittere, & alia quantum iustitia permittit, in sa- libus causis debent facere.]

CAP. V.

Clerici etiam in omnibus causis jurant de calumnia, contraria con- suetudine non obstante. Lucius III. Helien. a Episcopo, & Archid. Norvici.

Æterum, quia in novis moribus, nova convenit an- tidota preparari: mandamus, quatenus in causa si- de iustitia, quæ inter R. clericum de sancto Albano, & (I. & F. canonicos) London. vertitur: ad veritatem elici- endam, appellatione cessante præstari faciat, ab utraque parte calumnie iuramentum: consuetudine, quæ legi contraria est, non obstante.

CAP. VI.

Procurator vel Syndicus universitatis ecclesiasticae vel secularis, de calumnia iurare potest. h. d. Innocentius III. Episcopo Placen.

Um causam e que inter Raveninatem Archiepisco- pam, & commune Ravennatum (super villa Luca, ac quibusdam aliis) vertitur: delegatis iudicibus duxe- rimus committendam, & iidem in negotio minime pro- cessissent: nos partibus dedimus in mandatis, ut pro ip- sa causa nostro se conspectui præferant, quorum pro- curatoribus cum instrumentis de rato, in nostra præsen- tia constitutis, petitionem ipsius Archiepiscopi pro pro- curatore eius fecimus exhiberi: & ad eam partem al- teram respondere, ac interrogationibus & responsionibus reductis in scriptis, & lite coram nobis plenissime d- confestata, fecimus calumnie iuramentum ab ipsis pro- curatoribus utrinque præstari.

CAP. VII.

Episcopus jurat de calumnia, si per seipsum elegit litigare, propo- situm tantum, non tactis Evangelis. Si vero per Syndicum litiget, per illum poterit iurare. h. d. Gregorius IX. Episcopo Belvacen.

Um in causa pecuniaria (quam inter te & R. e mo- tam esse proponis) non per te, sed per Syndicum, vel actorem elegeris litigare, per illum quidem præstandum erit calumnie iuramentum: quod si per te ipsum, propo- sitis tantum, sed non tactis Evangelis (sicut in dicen- do testimonio) à te videtur huiusmodi iuramentum ex- hibendum: & infra.

Aliter resistendo iuramentum calumnie sine causa, cadere debet ab instituta actione: reus autem debet haberi pro confesso, hoc dicit.

Pœna vero recusantis hoc iuramentum cum præstan- dum fuerit, est ut actor ab instituta cadat actione, reus autem haberi debeat pro confesso.

DE DILATIONIBVS.

TITVLVS VIII.

CAP. I.

Summa sit: (ne videatur convenire rabi, de appellacionibus.) Citatio vocatoria cum peremptoria non debet esse nimis brevis, maxime ubi de rebus ecclesiasticis agitur: nisi necessitas aliud suggerat.

Alexander III. Cantua. & Vigor, Episcopus.

ILECTI s' filii, Abbas & monachi de H. nobis insinuare curant, quod rãm causam, quæ vertitur inter ipsos, & moniales de

a Ut in c. a. infra de fide iuss. b Post concil. Lat. sub Alex. 3. p. 23. c. 1. & c. d. eod. tit. in i. comp. c. C. i. eod. tit. in 3. comp. d. al. legitime. e al. M. f. Post concil. Later. sub Alex. 3. p. 23. c. 1. ubi est nigra salti species.